

CAPUT II. DE MONOCHORDO.

1.

Mentio sed facta cum supra sit monochordi,
 Ipsius formam nostro decet addere cordi,
 145 Per multam partem quia nos hanc ducit ad artem
 Et gliscit noster certissimus esse magister.
 Nec, sicut reliqui, pretium petit ipse, magistri,
 Quamvis cantare doceat nos nocte dieque,
 Omni pro nobis cupiatque carere quiete,
 150 Ipsi si volumus et ei si nos sociamus.
 Ergo suum varium studeamus discere cantum,
 Quem donat gratis, ut fons nimiae pietatis,
 Nec perturbatur, [37] decies si percutiatur,
 Immo quando plagas centum das, suscipit omnes,

*

Zweites capitel. Vom saitenspiel. ¹ 1. Sintemal aber schon oft des saitenspiels ist erwähnt, ziemts sich nun auch, dess form sich wohl zu Herzen zu nehmen, [145] weil es zum besten theil zur kunst der musik uns geleitet und in solchem stücke der sicherste meister uns sein will. Doch begehret es keinerlei lohn, wie die anderen meister, ob es gleich uns lehrt den gesang zur tags- und zur nachtzeit, und für uns auch gerne der ruh zu entbehren bereit ist, [150] wenn wir selbst es so wollen und seiner gesellschaft uns widmen. Geben wir uns denn müß, den verschiednen gesang zu erlernen, den es schenket umsonst als quell überfließender güte, nimmer verwirrt, ob zehnmal es auch muß schläge erleiden, nein, gibst du hundert der streiche ihm auch, es ist doch geduldig, [155] wird

*

¹ Die abbildung desselben siehe bei Gerbert, Musica sacra II, tafel 34. nro. 23.

- 155 Non dedignando, sed mage compatiendo.
 Quod tua mens stulta nequit ¹ apte dicere, multa
 Concinnaque ligna bene decantant sine lingua.
 Dic, rogo, doctorem si vidisses ita mitem.
 Dicere non poteris, quia nullus adest ita mitis,
 160 Pythagoras factor cujus fuit atque repertor.
 Istum doctorem tibi praestant concava ligna,
 Cum sola chorda magadis apte sociata,
 Ad quas stet scripta per claves schedula longa,
 Quæ claves veras præsent ex ordine formas.
 165 Dic lignum magadam, quod sustentat tibi chordam.
 Doctor præfatus pueris est consociatus,
 Filia vultque sua [38] lyra dici, nostra magistra,
 Claves conjunctæ si sint in ea bene cunctæ.
 Hinc lyra prædicti cum filia sit monochordi,
 170 Nos propter patrem sibi dignum demus honorem,
 Ut doceat cantum nos dulciter, ut monochordum.

*

nicht mürrisch dabei, es hat selbst mitleid mit dir noch. Was dein thörichter sinn nicht schicklich kann sagen, das singen ohne zunge gar fein dir viele gestimmte hölzer. Sag', ist dir jemals solch ein freundlicher lehrer begegnet? Nein, du weist keinen zu nennen, denn es ist keiner so milde, [160] wie der unsrige, den Pythagoras uns hat geschenkt. Solchen meister erstellt auf stücken gehöhleten holzes eine saite allein, wohl aufgezogen auf stegen, und ein streifen papier, darauf die schlüssel beschrieben, die in der ordnung ergeben die töne von rechter gestaltung. [165] Magada ² sei genennet das holz, das die saiten dir trägt. Obbemeldeter lehrer ist auch mit kindern gesegnet, seine tochter will heißen die meisterin leier benennet, wenn auf ihr sind wohlgeordnet die sämtlichen schlüssel. Da nun also das saitenspiel hat zur tochter die leier, [170] ist es billig, daß wir sie ehren dem vater zu liebe, daß sie uns schönen gesang, gleichwie das saitenspiel, lehre!

*

¹ So statt des im texte stehenden: ne quid. Unsere verbesserung ist bestätigt durch druck 7173. ² Vom griechischen *μαγὰς, μαγάδος*, steg.

Sequitur secundum capitulum hujus libri. In quo autor tractat de monochordo et varia ejus mensura. Et dividitur istud capitulum in quinque partes principales. In prima parte tractat autor de monochordo, quoad ipsius dispositionem et commendationem seu utilitatem. In secunda parte de monochordo quoad ipsius varias mensuras. In tertia parte tractat autor de monochordo scilicet quoad modernorum musicorum ordinationem. In quarta parte quoad ipsius exercitationem, ut debitam vocum præsentet consonantiam. In quinta parte quoad cantum in ipso seu etiam in libris decantandum. Secunda pars ibi (Istine mensuram), tertia pars ibi (Per formationes), quarta pars ibi (Ligniferumque gradum), quinta pars ibi (His visis varium). In prima parte autor vult sic dicere: ex quo supra dictum est de monochordo, quod plures voces contineat, quam juncturæ sinistrae manus contineant, ideo nunc de ipsius forma, utilitate et mensura plenius est pertractandum. Describitur [39] autem sic monochordum, ut scribitur in libro, qui intitulatur *Dialogus musicæ artis*: monochordum est lignum longum quadratum in modum capsæ et intus concavum, in modum cytharæ, super quod posita chorda ejus sonitu varietates vocum facile comprehendit, et dicitur a monos quod

*

Folgt das zweite hauptstück des buches, darin der dichter handelt vom saitenspiele oder monochorde und seiner mensur. Das capitel hat aber fünf theile. Im ersten wird gehandelt vom monochorde nach seiner einrichtung, empfehlung oder nützlichkeit; im zweiten v. 172 f. von seinen verschiedenen mensuren oder maaßen; im dritten von seiner anordnung nach der neueren musik v. 231 ff.; im vierten von den übungen darauf, daß es harmonische töne ergibt v. 262 ff.; im fünften vom gesange darauf, wie er auch in den büchern zu singen ist, v. 268 ff. Des dichters meinung im ersten theile ist: dieweil oben vom saitenspiele ist gehandelt worden, daß es mehr töne in sich faße, als die juncturen der linken hand, so ist denn jetzt ausführlicher von seiner gestalt, nutzen und mensur zu handeln. Es wird aber also beschrieben, wie es in dem buche heißt „Zwiesgespräch über die kunst musika“: monochord ist ein länglichtes, viereckiges holz, wie eine kapsel, inwendig gehöhlt, wie eine cyther, welches mit der darauf gelegten saite die verschiedenen töne leicht ergreift, und hat seinen

est unum, et chorda, quasi unam habens chordam. Hujus autem instrumenti musici inventor et factor fuit Pythagoras, magnus et egregius doctor et magister Græcorum. Et quia valde utile est instrumentum ad cognitionem artis musicæ, idcirco ad ipsum plene cognoscendum nostræ mentis intentio est dirigenda. Docet enim multiformiter omnium vocum debitam consonantiam, unde etiam in prædicto dialogo dicit magister discipulo: litera monochordi sicut cantilena discurrens est ante oculos; pone, quod, si nondum vim ipsarum literarum plene cognoscis, secundum easdem literas percutiens chordam, ab ignorante magistro mirifice audies et disces. Et respondet discipulus fere inquis: mirabilem dedisti mihi magistrum, qui a me factus me doceat, meque docens nihil sapiat; ipsum propter sapientiam et obedientiam sui maxime amplector; cantabit enim mihi, quantum voluero, et nunquam de mei sensus tarditate commotus verberibus vel injuriis me cruciabit. Subjungit deinde autor in lyra, quod illud instrumentum musicum scilicet monochordum plures habet

*

namen von monos, das im griechischen heißt einer, und chorda saite, als instrument mit einer saite. Dieses instrumentes erfunder und verfertiger ist aber Pythagoras gewesen, ein großer und trefflicher lehrer und meister im griechischen lande. Und dieweilen das instrument höchst nützlich ist zur kenntnis in der musikalischen kunst, so müssen wir denn unsern sinn anschicken, es selber recht zu begreifen. Denn es lehrt in aller manchfaltigkeit den richtigen einklang aller töne. Daher saget auch im vorerwähnten dialogen oder zwiegespräche der meister zum schüler: der buchstabe im saitenspiele ist wie ein gesang, der vor den augen einherläuft. Denke, wenn du auch des buchstabens bedeutung nicht verstehst, wirst du doch, so du nach solchen buchstaben die saite schlägst, von dem meister, der es selbst nicht weiß, wunderbarlich hören und lernen. Drauf antwortet der schüler ungefähr folgendermaßen: einen wundersamen lehrer hast du mir gegeben, der, mein eigen gemächte, mich lehren soll und, ohne eigenen verstand, mich lehren könne. So ehre ich ihn denn wegen seiner weisheit und aus gehorsam von herzen, denn er wird mir singen, so viel ich will, und nie wird ihn mein langsamer sinn bewegen, mit schlägen und unbild mich zu peinigen. Der dichter fügt dann für die leier hinzu, daß

pueros, scilicet lyram, cytharam, cymbalum et organum et sic de aliis. Eædem enim mensuræ, quæ requiruntur ad monochordum apte mensurandum, etiam requiruntur ad lyram, quoad duo extrema ligna, in quibus currunt claves et quoad capitellum sive magadam, quæ sustentat chordam retro et sic de aliis musicalibus instrumentis.

2.

Istinc *mensuram* monochordi discito puram.
 Ligniferas magadas prope fines ponito binas,
 Ad quarum primam G debes ponere græcum,
 175 Ad reliquam magadam poteris conscribere cifram,
 Altera nam magada pro signo stat quasi cifra,
 Quæ, dum nil signet, dat significare sequenti.
 Postque novem similes infra magadas cape partes,
 Post hoc bis binas, hinc trinas, post quoque binas,
 180 Omnes mensura claves dabit ista quaterna.
Primo consimilem partem distingue *novenam*.

*

unser musikalisches instrument, das monochord oder saitenspiel, viele kinder hat, nämlich leier, cyther, cymbel und orgel und dergl. Denn die nämlichen mensuren, die zur rechten abmeßung des saitenspiels gehören, braucht man auch zur leier, die zwei hölzer am ende, in denen die schlüssel laufen, und den steg oder magada, welche die saiten nach unten halten. So ists auch bei den andern musikinstrumenten.

2. Drauf must die reine mensur des saitenspiels du erlernen ¹. Mache von holz zwei stege und stelle sie oben und unten, unten den ersten, zu dem setz bei das griechische gamma; [175] an dem anderen steg magst sodann eine null du anschreiben, denn der andere steht nur da zum zeichen, wie nullen, die selbst gar nichts bedeuten und anderem geben bedeutung. Drauf machst zwischen den stegen du neun ganz ähnliche theile, zweimal zwei mach sodann, dann drei und darauf zwei. [180] Alle schlüssel wird solch vierfältige theilung dir geben. Erst must einen ähnlichen neuntelstheil du abscheiden, nun entsteht

*

1 Vgl. durchaus die zweite tafel.

- Fit tonus ad partem primam nonamque¹ per artem.
 Sic primam partem nonam dabit Aque per artem,
 Tertia D grossum capit, a dat quintaque parvum,
 185 Sextaque d parvum, [41] dat septima a tibi duplum.
 Sed cum mensuras similes facis ipse novenas,
 Nil dabit octava, nihil altera, quartaque nona,
 Partibus in reliquis certas claves retinebis.
Hinc et ab A partem grossa distingue *novenam*,
 190 B quadrum partem primam finitque per artem,
 Terna dat E magnum, B quintaque dat tibi quadrum,
 Sexta dat E parvum, B septima fert duplicatum.
 Quemque tonum partem poteris sic scire novenam,
 Si partes primas gliscis conjungere binas.
 195 *Quatuor* hinc similes infra magadas cape partes
 Ad primam partem diatessaron adde per artem,
 Partis sed reliquæ finis tibi sit diapente.
 C grossum primam partem fert [42] Gque secundam,

*

ein ton bei dem ersten künstlichen neuntel², und das erste künstliche neuntelstheil führt zu groß A, drauf der dritte ergibt groß D und der fünfte gibt klein a, [185] klein d steht bei dem sechsten, der sieb'te gibt aa. Machst du also mit kunst die gleichen mensuren zu neunern, Gibt das achte neuntel dir nichts, das zweite und vierte, doch den übrigen neunern sind sichere schlüssel zu danken. Drauf must aufs neue von groß A aus neun theile du machen, [190] und das eckige B wird das erste neuntel beschließen, groß E steht bei dem dritten, das fünfte gibt b mit den ecken, klein e kommt bei der sechsten, es gibt die siebente bb. So kannst jeglichen ton nach solchen neunteln du finden, wenn du nur willst die ersten neuntelspaare verbinden. [195] Mache sodann vier gleiche theile zwischen den stegen, an den ersten theil mit kunst jetzt setze die quarte, aber des anderen theiles schluß muß bilden die quinte. Groß C steht am schluß des ersten, G an dem zweiten, aber der dritte theil zeigt deutlich in g die oktave,

*

¹ nonam, nicht novam, wie der text hat. ² Vgl. durchaus die zweite tafel.

- Tertia pars per G diapason monstrat aperte,
 200 Ultima pars magadam carpit cifra sociatam,
 Claves consimiles similes servant sibi formas.
 Hinc infra magadas partes similes rape *ternus*.
 Ad primam partem socia diapente per artem.
 Finis vult reliquæ partis diapason habere,
 205 D grossum partem primam finitque per artem,
 Altera pars fere D parvum gliscitque habere,
 Tertia pars magadam jungit cifra sociatam,
 Sed B Mi per Mi diapente nequit sociari
 F Fa Ut ad clavem sursum sibi consociatam,
 210 Sed per Fa tantum, [43] sinomenum dum cano cantum,
 Cum diapente tonus semper tres det sociatos,
 Quis ¹ semitonium solum sit consociatum,
 Quod nequit A B Mi sursumque per F reperiri,
 Cum semitonia sursum patent tibi bina,
 215 Nec multum tales ars curat psallere quintas.

*

[200] und der noch übrige theil trifft zuletzt am steg bei der null ein. Ähnliche schlüssel, die haben durchaus auch gleiche gestaltung. Drauf reiß zwischen den stegen den raum mit kunst du in drittel, an dem ersten befestige weislich und künstlich die quinte! Und es will des andern theils schluß sein die octave. [205] Es ist das große D, das den ersten theil wird beschließen, und den andern theil verlangt es, klein d zu bekommen. Aber das letzte drittel es reicht bis zum steg an der null hin. Doch kann die quinte B Mi durch Mi unmöglich sich schließen an das F Fa Ut an, den nächsten schlüssel nach oben, [210] sondern durch Fa allein, das liegt im sinomenustone, da durchaus die quint zu einander drei töne gesellet ², denen allein ein halber ton, und nur dieser, zur seit' steht. Solcherleiweis' kann A B Mi nach oben das F nicht erreichen, da nach oben, du siehst es ja, zwei halbtöne sich anftun ³, [215] und nicht viel ist der kunst an solcherlei

*

1 So muß es heißen: Quis, quibus, statt qui im originale. 2 z. B. G als die quinte von C hat als intervale von C auf D 1, D auf E 1, E auf F $\frac{1}{2}$, F auf G 1 = $\frac{3}{2}$ ton. 3 zwischen B Mi (A) und C und zwischen E und F.

Sed potes a B Mi ternas partes sociare,
 Et semitonium pars prima cupit propriare
 Ad B Mi propriam, quod monstrabit tibi quintam,
 Quod semitonium varium psallit tibi cantum,
 220 Ac ad B quadrum jungit diatessaron aptum.
 Scriptaque de B Mi scribuntur BB Fa B Mi.
 Post infra magadas *binas* similes cape partes,
 Primula pars fere diapason gliscit habere,
 Altera pars magadam carpit cifrae sociatam;
 225 Dictas mensuras ad quaslibet addito claves [44].
 E qua mensura post se diapason habebit,
 Hac a Bmolle B Mi diapente tenebit.
 Hinc breviter formas monochordi discito certas:
 Ter tonus ternis, diatessaron itque quaternis,
 230 It diapente tripes diapason fit quoque bispes (i. q. bipes).
 Sequitur secunda pars principalis. In qua autor determinat

*

quinten gelegen. Aber du kannst die dreitheilung von B Mi aus vollenden, und den halbtton dazu will der erste theil sich zueignen von B Mi, so kommt zum glücke heraus dann die quinte. Solcher halbtton machts möglich, verschiedene lieder zu singen, [220] und er füget zum eckigen B den passenden quartton ¹. Was von B Mi wird geschrieben, das schreibt man darum BB Fa B Mi. Drauf nimm zwischen den stegen du an zwei ähnliche stücke, da wird das erste der theilchen fast gar die octave bekommen, aber der andere theil erreicht den steg bei dem ende. [225] Diese besagte mensur gilt für jeden beliebigen schlüssel. Die mensur, die nach dem F ergibt die octave, macht, daß es auch zum Bmoll B Mi als quinte hinabreicht ². Daraus erlerne in kürze des saitenspiels sichere regel: Ein ton läuft nach den neunern, die quarte schreitet nach vierern, [230] Mit drei füßen die quint, jedoch die octave mit zweien.

Folgt jetzt der andere haupttheil. Der bestimmt die mensur des

*

1 Entweder a. nach unten als Bmolle statt B Mi als quarte zu F oder b. nach oben als Fis zwischen F und G, das die quarte zu B Mi, A, bildet.
 2 Von F aus ergibt die dreitheilung nach oben f, nach unten Bmolle, dessen quinte F ist.

de mensura monochordi et posset in plures partes dividi. Sententia hujus partis talis est: quum monochordum est concavatum et paratum, tunc prope fines ipsius ponendæ sunt duæ magadæ. Est autem magada lignum quoddam modicum, super quod poni debet chorda, postquam monochordum est apte mensuratum. Et circa primam magadam debet poni G græca litera sub hac forma Γ. Ad secundam vero magadam poterit poni cifra, quia stat tantum pro signo sive clave, dans formam aliis clavibus et debite mensuram secundum artem, sicut et cifra nihil signat, sed dat signare numero sequenti ordine retroclito, sicut magada.

Postque novem similes infra magadas. Hic ponit autor quatuor mensuras monochordi in generali, scilicet novenariam, quaternariam, trinariam et duplam.

Primo consimilem. Hic prosequitur prædictas mensuras in speciali et primo primam, secundo secundam etc. Vult autem [45] sic dicere: a prima magada ad secundam faciendæ sunt per circinum novem partes æquales, et ad finem primæ nonæ partis

*

monochordes und könnte in verschiedene abschnitte getheilt werden. Sein inhalt ist: wenn das monochord ausgehöhlt und bereitet ist, sind an seine enden zwei steg, magaden, zu stellen. Magada heißt nämlich ein kleines stückchen holz, darauf die saite zu legen ist, wenn die mensur des monochordes in ordnung gebracht ist. Neben den unteren steg schreibt man das griechische G als Γ an. Zum oberen steg kann man die null ¹ ansetzen, weil er nur statt eines zeichens oder schlüssels dasteht, aber andern schlüsseln die figur und die schuldige mensur anweist, wie auch die null selbst nichts bedeutet, sondern nur eine bedeutung gibt der zahl, die in rückschreitender ordnung folgt. V. 178 f. Hier sind im allgemeinen die vier mensuren oder arten der abmeßung des monochordes angegeben, nämlich die neuntheilung, viertheilung, dreitheilung und zweitheilung. V. 181 ff. Nun verfolgt der dichter die genannten mensuren ins einzelne und zwar ganz der reihe nach. Er will aber sagen: vom ersten steg bis zum zweiten muß man mit dem zirkel neun gleiche theile abmessen, an das ende des ersten neuntels A anschreiben, als den näch-

*

¹ eigentlich cifra, ziffer, womit offenbar das französische zéro zusammenhängt. S. Diez's etym. wörterb. I, 127. 447.

debet scribi A, quæ facit tonum ad G græcum. Ad finem secundæ partis nihil est scribendum. Ad finem tertiæ nonæ partis scribi debet D grossa litera, quæ facit diapente ad G græcum vel diatessaron ad A magnum vel grave. Quarta pars vacat. Ad finem quintæ partis debet scribi a parva litera seu acuta, quæ facit diapente ad D grossum. Ad finem sextæ debet scribi d parva seu acuta, quæ facit diatessaron ad a acutum. In fine septimæ partis debet a poni duplex sive superacuta, quæ facit diapente ad d acutum vel ad a parvum diapason.

Hinc et ab A etc. Hic autor subjungit secundum novenariam mensuram, dicens: ab A grossa vel gravi litera fiant novem partes æquales, et finis primæ nonæ partis offert B quadratum, quæ facit tonum ad A. Secunda pars vacat ut supra. Tertia pars offert E grossum. Quarta nihil offert, quinta pars B parvum quadratum acutum, sexta pars offert E acutum seu parvum per diatessaron, septima pars B duplex quadratum per diapente. Et sic per duplicem novenariam divisionem habemus cum G græco undecim claves. Subjungit etiam autor in litera, quod quilibet tonus poterit inveniri per novenariam mensuram ad secundam magadam, ita videlicet, quod semper prima nona pars

*

sten ton nach Γ. An das ende des zweiten neuntels kommt nichts zu stehen. An das ende des dritten neuntels kommt D als quinte zu Γ und quarte zu A. Der vierte theil geht leer aus. An das ende des fünften neuntels kommt a, als quinte zu D; ans ende des sechsten d als quarte zum eben genannten a. Ans ende des siebenten theils kommt aa, als quinte zu d und als octave zu a. V. 189 ff. Nun kommt die zweite neunertheilung: von A aus macht man (bis zum oberen stege) wieder neun gleiche theile. Das ende des ersten neuntels gibt das viereckige B, B quadratum, das von A aus ein ganzer ton ist. Der zweite theil hat wieder nichts. Das dritte neuntel gibt E, das vierte nichts, das fünfte das eckige b, das sechste e als quarte, das siebente das eckige bb als quinte. So haben wir durch verdoppelte neuntheilung mit dem griechischen G elf schlüssel, tasten oder töne. Im texte fügt der dichter hinzu, so könne man durch neunertheilung bis zum oberen stege jeglichen ton auffinden, weil

offert tonum ad illam clavem, a qua accipis novenariam divisionem.

Quatuor hinc similes etc. Hic prosequitur autor secundam mensuram dicens: si a prima magada ad secundam fiant quatuor partes æquales, prima pars facit finem per diatessaron, secunda pars facit per diapente [46], tertia pars per diapason. Verbi gratia: si a G græco quatuor partes fiunt æquales, prima pars offert C grossum per diatessaron, secunda G grossum, quod facit diapente ad C, tertia vero G parvum, quod facit diapason. Ultima vero pars pertingit ad cifram, sive ad secundam magadam. Hoc idem intellige de omni alia clave per quaternam divisionem. De A grosso non est necesse fieri quaternam divisionem, quia D grossum, A acutum et A duplex, quas daret secunda divisio quaterna, prius habemus per primam novenariam divisionem. Item a B grosso non est necesse fieri quaternam divisionem, quia per secundam novenariam divisionem habemus E grossum, B quadratum acutum et B duplex, ipsius scilicet diapason, quas claves offert secunda quaternaria divisio. Si autem a C faciamus qua-

*

immer das erste neuntel im nächsten ton gibt zu dem schlüssel, von dem aus gemessen wird.

V. 195 ff. Nun gehts an die andere art der theilung oder mensur: wenn man vom ersten bis zum zweiten stege vier gleiche theile macht, so endet der erste theil mit der quarte, der zweite gibt die quinte, der dritte die octave. Z. b. vom griechischen G aus gibt das erste viertel als quarte C, das zweite G als quinte zu C, das dritte g als octave zu G. Der letzte theil trifft mit der ziffer am oberen stege zusammen. Das gleiche gilt nach der viertheilung für jeglichen andern ton. Von A aus ist die viertheilung nicht nöthig, weil D, a und aa, welche die zweite viertheilung ergäbe, schon durch die erste neunertheilung gefunden sind. Ebenso unnöthig ist sie von B aus, weil die zweite neunertheilung E, b und bb schon geliefert hat, die die zweite viertheilung brächte. Stellen wir aber die viertheilung von C aus an, so erhält der erste theil F als quarte, der zweite c als quinte zu F, der dritte cc als octave zu c.

V. 202 ff. Die dritte theilung ist die dreitheilung: wenn man zwischen den beiden stegen drei gleiche theile annimmt, so gibt der erste die

ternam divisionem, prima pars offert F grave per diatessaron, secunda pars C acutum per diapente, tertia pars C duplex per diapason.

Hinc infra magadas partes etc. Prosequitur autor tertiam divisionem, quæ est trimembris, dicens: si accipis infra magadas tres partes æquales, prima pars offert diapente, secunda pars diapason. Et hoc intellige de omni clave, cujus quintam cupis habere.

Sed B Mi per Mi diapente etc. Hic facit autor exceptionem ab ista ternaria mensura, dicens: quando in B Mi cantamus cantum Bdurum, tunc sursum ad quintam clavem, scilicet F Fa Ut, non offert diapente, sed quando canimus cantum Bmollem accipiendo in B Mi hanc vocem Fa. Unde ad hoc, quod terna divisio posset verificari, a B Mi debemus facere ternam divisionem et finis primæ partis [47] offert semitonium inter F grave et G, quod semitonium facit diapente ad B¹ grossum et istud semitonium est valde necessarium in monochordo et in organis, quia sine ipso non posset apte cantari sequentia: Congaudent angelorum etc. et plures alij cantus. Et sicut F grave per divisionem quaternariam in prima parte Bmollem habet per diatessaron, et per se-

*

quinte, der zweite die octave. So kann man von jedem schlüssel aus dann seine quinte finden.

V. 208 ff. Hier kommt eine ausnahme von der dreitheilung: wenn nämlich B Mi im Bdurgesange (von G) vorkommt, so gibt es aufwärts zum fünften schlüssel, F, keine quinte, sondern nur im Bmollgesange (von F aus), wenn wir statt B Mi Fa greifen, also einen halben ton tiefer nehmen. Daß die dreitheilung giltig bleibt, müssen wir von B Mi aus dieselbe anstellen und das ende des ersten drittels gibt dann den halben ton zwischen F und G² als quinte zu B Mi (H) und dieser halbe ton ist im monochorde hochnöthig, wie auf der orgel, weil ohne ihn die sequenz, Congaudent angelorum (Es freuet sich der engel schaar) und andere gesänge sich nicht recht ausführen ließen. Und wie F durch die viertheilung am ersten theile als quarte Bmoll erhält, am zweiten f

*

1 So muß es im texte heißen statt G.

2 Unser Fis.

cundam partem F acutum per diapente, et in medio tertiæ partis Bmolle per acutum, sic semitonium infra F grave et G per quaternariam divisionem primo offert B quadratum per diatessaron, et in secunda parte semitonium inter F et G acutum, si opus fuerit per diapente.

Post infra magadas etc. Hic prosequitur autor quartam mensuram, dicens, si infra magadas vel etiam a quacunque clave ad secundam magadam fiat binaria divisio, finis primæ partis offert diapason, ut si a græca G, scilicet Γ fiat binaria divisio, prima pars offert G grave et sic de aliis clavibus.

E¹ qua mensura etc. Dicit autor, quod eadem mensura, qua F grave facit diapason post se, eadem mensura Bmolle vel sinomenum ante se.

Hinc breviter etc. Hic epilogat breviter autor prædictas quatuor mensuras et dicit, quod tonus currit ubique per divisionem novenariam, diatessaron per quaternariam, diapente per trinariam, diapason per binariam. His habitis omnes modi,

*

als dessen quinte und in der mitte des dritten theiles Bmoll, so gibt der halbe ton zwischen F und G durch viertheilung B Mi als quarte, sodann den halbtton zwischen f und g, als quinte, wenn es deren bedarf.

V. 222 ff. Jetzt kommt die vierte mensur, die zweitheilung. Macht man diese zwischen den beiden stegen oder auch von jedem tone an bis zum oberen stege, so ist die mitte immer die octave. Z. b. vom griechischen G, Γ, aus, gibt das ende der ersten hälfte G als dessen octave. So ists aber auch bei allen anderen schlüsseln.

V. 226 f. Die mensur, die dem F aufwärts als octave f verschafft, ergibt nach unten Bmolle im sinomenuston.

V. 228 ff. Folgt noch eine kurze nachrede zu den benannten mensuren, des inhalts: der ton geht überall durch nach neunertheilung, die quarte nach viertheilung, die quinte nach dreitheilung, die octave nach zweitheilung. Hat man das, so kann man alle intervale, die

*

1 E nicht F, wie der text gibt.

quibus cantus contextitur, possunt haberi. Et de his plenius tractabitur in tertio capitulo.

Nota. Bipes ponitur pro bipes, quod non poterat poni in metro, quia prima brevis, et est ibi figura epentheseos. Unde syncope de medio tollit, quod epenthesis auget.

3.

- [48] Per formatores monochordorum juniores
 Infra G græcum reperitur Ut F sociatum
 Dictis servatis mensuris nec variatis,
 Ut sine defectu vocum Bmollis haberi
 235 Inferius valeat cantus pleneque doceri,
 Qui cantus manui nequit in Sol Fa sociari,
 Sed talem cantum monochordum dat tibi tantum,
 Et tunc vocem Re sibi Gamma Ut applicat apte.
 Hinc A Mi, B Fa, C Sol, D concinit et La
 240 Sursum sic E La manui fit consociata,
 Ternus Bdurus quod La bene sit soniturus.
 Cumque novem partes recte formabo per artes,
 F infra græcum G claves fert nisi quinque,

*

man im verlaufe des gesanges braucht, erhalten, wie das dritte hauptstück zeigt.

Anm. Bipes steht in v. 230 statt bipes, um die erste sylbe lang zu machen durch epenthese, die das gegentheil von syncope ist; die eine setzt hinzu, die andere thut weg.

